


Catalogus Praelectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericana ... Habendarum

**SS 1765 : Catalogvs Praelectionvm Pvblice Et Privatim In Academia Fridericana
Per Hyemem A.O.R. MDCCLXV Habendarvm**

Bvetzovii: Excudebat Io. Gotth. Fritze, 1765

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784951862>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594.2


~~M-1259 (1)7.~~

209. 17 65 / 66

CATALOGVS
PRAELECTIONVM

PVBLICE ET PRIVATIM
IN ACADEMIA
FRIDERICIANA
PER HYEMEM

A. O. R. MDCCCLXV
HABENDARVM.



BVETZOVII

EXCVDEBAT IO. GOTTH. FRITZE, AVL. ET ACAD. TYPOGR.


N. 275.

M. 1259(1) 7

ENTWURF
VON
FRANZ JOSEPH
VON
FRANZ JOSEPH
VON
FRANZ JOSEPH
VON
FRANZ JOSEPH
VON



VERLAG
VON
FRANZ JOSEPH
VON
FRANZ JOSEPH
VON



RECITATIONES THEOLOG.

D.CHRISTANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th.
P. P. O. & CONSIST. DUCAL. CONSIL. Dum Serenissimi
academiæ nostræ Statoris atque Nutritoris providentia Facultati
theologicæ de supplendo numero Doctorum clementissime
prospectum fuerit, ipse nihil, quod viribus potest, reliquum
sibi faciet ad juvanda DD. Commilitonum commoda Quocir-
ca præter *THEOLOGIAM DOGMATICO-POLEM.* superiori
semestri inchoatam, & per hiemem v. D. absolvendam, præ-
leget *HISTORIAM ECCLESIAST. N. T.* Tradet insuper
præcepta *HERMENEVTICES S.* adjuncta statim manuductione
ad ipsam praxin in explicando aliquo libro biblico.

IVRISCONSULTORVM.

D.ERN. JO. FRIED. MANZKE, DUCALIS Consil. & Ju-
ris Prof.

Abolvit, per ultimum retro annum, *Pandectas Juris
Civilis, Jus Feudale & Criminale, intermiscens Litteraria &
Diplomatica.*

* 2

COR-

Continuabit Coll. *Pandectale*, aliud, periodo æstiva
coeptum.

Paratus est, si horis modus ponetur & collisiones evi-
tabuntur, ad omnia, quæ a *Professore Juris* queunt expectari.
Accedent elegantiora etiam moderni sæculi studia, & quæ *Pra-*
xin atque *disputatoria*, res semper per se est clara; modo re-
latio, inter Docentem & Auditores, sit simul & una.

Omnia, bono cum DEO, cui nihil boni est impossibile.

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG, AA. LL. M.
Phil. & I. V. D. huiusque P. P. O. More solito docebit eos, qui
sua voce uti volunt, iuris tam naturalis, quam civilis præcep-
ta, hora VIII ad *WOLFFII Institutiones iuris naturae &*
gentium, hora X & II post meridiem ad *BOEHMERI introdu-*
ctionem in ius Digestorum, hora XI ad *HEINECCIi elementa*
iuris civilis secundum ordinem Institutionum commentaturus.
Si qui vero curatori diligentia, quam quidem in his scholis fieri
potest, ius Anteiustinianum sibi tradi cupiunt, iis aut duce *Ge-*
ner. DE SÆLCHOW omnes *iuris Romani antiqui, tam publici,*
quam privati, fontes aperiet, aut *historiam iuris Romani &*
Byzantini ad elegantissimum *Excell. PLATNERI* libellum ex-
ponet. *Modum quoque in foro procedendi* vite tradendum vo-
lentibus offert, aut *iuris quod de criminibus* præcipit ad *Ill.*
MEISTERI aureolum libellum expositionem. Paratus quoque
est ad *examina* instituenda, dirigendasque *disceptationes*.
Quodsi denique aliquid otii supererit, id lubentissime iis conse-
crabit, qui velint secum *Φιλολογειν*, in interpretando aliquo
CICERONIS libro philosophico, si forte sint, quibus hæc da-
pes sapiant.

HERMANNVS BECKER, LL. D. & P. P. O. offert
per hoc semestre hybernium manuductionem in iurispruden-
tiam ecclesiasticam & criminalem, præeunte in illa *Illustr. Dn.*
Boehmero in princip. iur. canonici speciatim eccl. publ. & priu.
quod per germaniam valet; in hac *Illustr. Dn. Koch* in institut. iur.
crim.

crim. Nec deerit in aliis manuuctionibus a commilitonibus honoratissimis forsitan exactis.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facult. Med. Senior, & SERENISS. DUC. MEGAPOL. Consil. Aulic. Prælectiones publicas, per semestre æstivum ad BUECHNERI fundamenta materiæ medicæ habitas, commutabit cum Institutionibus, Dispensatoria Pharmaceutica concernentibus. Privatam operam collocabit in tradenda manuuctione ad Praxin Clinicam, & Dnn. Auditoribus insimul casus tradet enodate elaborandos, junctis postmodum monitis necessariis ex ratione & experientia petitis. Nec deerit porro eis, qui in alia artis medicæ parte suam operam desiderabunt.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Anatom. & Chirurgiæ P. P. O. per semestre hyemale horis antemeridianis a IX--XII sectiones cadaverum instituet, & horis pomeridianis a III--IV anatomen, ordine Tabellarum suarum, ex partibus e corpore humano desumptis, exponct. Hora pomer. II--III Osteologiam docebit.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, LL. AA. M. Phil. D. & P. P. O. & SERENISS. DVCI REGN. a Consil. aul. Per hoc quoque semestre hibernum vacabit a laboribus academicis, a quibus eum auocauit Serenissimi Ducis Regnantis clementissima voluntas, prouincia ipsi demandata, quæ præsentem eum esse non permittit.

M. WENCESLAUS JOANNES GUSTAVUS KARSTEN hora VIII--IX. Mathesin Theoreticam Elementarem mo-

re solito docebit, usus libro, quem de Mathesi Theoretica edidit. Præterea hora IX--X. ad III. KÆSTNERI *Anfangsgründe der angewandten Mathematick* commentabitur, ac hora XI--XII secundum propria præcepta Mechanicam sublimiorem tradet, cum ejus applicatione ad usum Astronomicum. Neque iis deerit, qui Artis Agrimenforiæ addiscendæ cupiditate tenentur, modo nomina sua ante terminum profiteantur, ut hora, quæ commoda videbitur, eligi & e valvis publicis indicari queat.

EOB. TOZIVS, H. N. P. P. O.

Hora XI--XII, Historiam Foederati Belgii, Regnorum Daniae, Sueciae, Poloniae & Imperii Rudici enarrabit, selectisque observationibus illustrabit, ad filum Compendij Achenwalliani: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundrisse*.

Hora III--IV. Historiam Imperii R. G. docebit, cum perpetua ad Jus Publicum adplicatione, secundum III. PÜTTERI librum, qui inscribitur: *Staatsveränderungen des deutschen Reichs*, eiusque nouissimam editionem a. 1764. typis vulgatam.

OLAVS GERHARD TYCHSEN, Phil. D. & LL. OO. P. P. O. diuina fauente gratia, semestri hoc hiberno hora IX. mat. Noui Foederis *epistolas Paullinas* & h. X. Vet. Foed. *Vaticinia Ezechielis & duodecim Prophetarum* cursoria, quae dicitur, lectione enarrabit ita, vt non idiotismi solum linguae sanctae accurate percipiantur, sed voces etiam difficiliore instituenta analysi, ad usum ipsum, ea qua fieri potest fide ac diligentia transferantur. h. IX. *Fundamenta linguae ebraeae* praecunte Danzio tradet, quibus dialectorum *Syriacae, Arabicae & Chaldaicae* rudimenta addet, earumque usum in lectione S. S. perpetuo & frequenti exemplorum adparatu demonstrabit. h. II. *Antiquitates ebraeas* duce Ikenio h. III. *Antiquitates graecas ad filum compendij Brünigiani* explicabit. h. IV. In III. lo.

Io. Dau. Michaelis librum : Beurtheilung der Mittel die ausge-
storbene Hebraeische Sprache zu verstehen commentabitur.
Si quoque sint, qui in Rabbinicis aut Hebraeo-teutonicis diale-
ctis cupierint exerceri, ne qua in parte petitioni eorum defuis-
se videatur, studiose diligenterque providebit.

IO. NIC. TETENS, Prof. Physices P. O.

Hora VIII--IX. *Physicam Theoretico-Experimentalem* ad
ductum *ill. Segneri*, & *Philosophiae rationalis* s. *Logices* prae-
cepta, eo ordine quo ea *cel. Reimarus* in compendio suo per-
sequutus est, hora II--III. commentari b. c. D. decreuit.

Hora vero III--IV. sublimiori de rebus immaterialibus &
transcendentibus scientiae, quam *Metaphysicam* vocare sole-
mus, distinctius explicandae dabit operam, propria sequuturus
praecepta.

Et si praeterea sunt qui in alia quadam Philosophiae Theo-
reticae aut Practicae parte institutionem eius desiderant; nun-
quam non eum inuenient ad quaeuis, quae possit, paratissimum.

DOCTORVM PRIVATORVM RECITATIONES IURIDICAE.

I. M. MARTINI, iurium Doctor, per semestre bruma-
le in explicando auditoribus suis

1) historiam iuris ad librum Dn. de Selchow hora 8--9.

2) ius feudale ad compendium nuperrime editum Boeh-
merianum hora 9--10.

3) institutiones iuris ciuilis ductu b. Heineccii hora
11--12.

4) historiam mecklenburgicam; fundamenti loco erunt
theses breuiores calamo excipiendae hora 3--4.

§) ius

5) ius germanicum manucente Ill. Eisenhardt hora
4-5.
operam nauabit.

PHILOSOPHICAE.

M. S. S. WITTE instans per semestre hiemale, sub
auspiciis diuinis scholas philosophicas aperiet has:

1) Hora VIII-IX, *Artem cogitandi, quam Logicam*
vocat docebit, ad filium *Compendii Darjesam*, cui titulus:
Via ad veritatem.

2) Hora IX-X. ad *Institutiones Iurisprudentiae Vniuer-*
salis eiusdem Auctoris commentabitur.

3) Hora autem alia quadam, Auditoribus commoda,
Politicam generaliore, praeseunte celeberrimo *Achenwallio*,
in libro qui: *Die Staatsflugheit nach ihren ersten Grundsätzen*
inscribitur, explicabit.

4) In *Historiam litterariam* etiam, ac *Aestheticam*, se-
quendo auctorem quemdam in hoc genere doctrinarum princi-
pem, bono cum Deo praelectiones habebit.


* * *


Qui corpus quoque variis artibus, inprimis *saltatione*, aut
armis vibrandis exercere volunt, habent magistros harum ar-
tium peritissimos stipendiis quoque a Serenissimo Duce Regnan-
te auctoratos.

IVRIDICAE

P. P. *Biltzouii* circa Festum Michaelis clo 16 cc LXX.







brum : Beurtheilung der Mittel die ausge-
he Sprache zu verstehen commentabitur.
in Rabbincis aut Hebraeo-teutonicis diale-
ri, ne qua in parte petitioni eorum defuis-
e diligentereque providebit.

TETENS , Prof. Physices P. O.
X. *Physicam Theoretico-Experimentalem* ad
, & *Philosophiae rationalis* f. *Logices* prae-
uo ea *cel. Reimarus* in compendio suo per-
I--III. commentari b. c. D. decreuit.
II--IV. sublimiori de rebus immaterialibus &
entiae, quam *Metaphysicam* vocare sole-
olicandae dabit operam, propria sequuturus
ea sunt qui in alia quadam Philosophiae Theo-
e parte institutionem eius desiderant; nun-
nient ad quaeuis, quae possit, paratissimum.

ORVM PRIVATORVM
ECITATIONES
IVRIDICAE.

TINI, iurium Doctor, per semestre bruma-
itoribus suis
n iuris ad librum Dn. de Selchow hora 8--9,
le ad compendium nuperrime editum Boeh-
O.
ones iuris civilis ductu b. Heineccii hora
n mecklenburgicam; fundamenti loco erunt
amo excipiendae hora 3--4.

§) ius